



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Annvs Diervm Illvstrivm Societatis Iesv. siue in Anni dies  
digestæ Mortes Illvstres Eorum qui ex eadem Soc. Iesu, in  
odium fidei, pietatis, &c. ... confecti sunt**

**Nádasi, János**

**Romæ, 1657**

Ioannes Domagalski.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-44029**

malē minari auditus est, eō  
quod (Dominā Regni Can-  
cellariā impensè adnitente,) in ipsius bonis templis  
ademptum Schismaticis, ri-  
tui, & concionibus, ac vībus  
Catholicis transcripsisset.  
Vnde illi, cūm à grassatori-  
bus cæderetur, dictum: I  
nunc, scelestē; & conciona-  
re. Dictus est flagellum Schis-  
maticorum: & per quietem  
audire sibi visus est vocem;  
*Vis esse Martyr?* Cui ipse  
respondit: *Amen.* Fuerit  
id seu præsignificatio, seu piū  
sonnum; certè cruentus, &  
gloriosus occubuit; claman-  
te interea sicario: *I nunc, &*  
*concionare, scelestē.*

*Ioannes Domagalski. Coad.*

Accessit tribus maioribus  
illis victimis quarta victima,  
eorum comes. Fuit silentij,

*Polonus.*  
*ibid.*

*etat. 36.*

*Soc. 3.*

G 5 &

B.V.

& laborum amans ; ac Dei  
Matri pro vocationis per il-  
lam adeptæ beneficio , quo-  
tidianâ eiusdem officij reci-  
tatione gratus . A missione  
cum Patribus redux , in silua  
sagittâ in corde traiectus oc-  
cubuit . De hisce quatuor  
perhibet fama constans ; in-  
loco, vbi occisi sunt, lumen,  
cōspectum:vti & in templo ,  
in quo sunt conditi, lux que-  
dam totum templum illu-  
strans apparuit plus quam  
horæ integræ interuallo .

P.Ioannes Bapt. Baëza .

Hispanus.

Nanga-  
sacbi .

7. May.

1626

etat. 68.

Pietate , impigritate , ac  
dicendi neruo tantus fuit, vt  
per annos 36. Christi nomē  
plenā ubique messe per Ma-  
caum, Goam, Mozambicum,  
ac per varia Iaponiæ Re-  
gna circumferens , intra  
triennij unius interuallū fa-  
cile